



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Pericles.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

**I**n militari disciplina Serra subsidium significat, de qua apud Fl. Vegetium : *Si ducenda seris, ex abundantibus ducendam esse, propterea quod si de loco suo ordinatum militem transferre cuperis, universa turbabis.* Serra enim à strenuis directa, ante frontem hostibus opponitur, ut turbata acies reparetur, sitque ad similitudinem A literæ vel libellæ fabrilis. Fuit etiam Germanici numi nota, de quo apud Tacitum legas, eaque de causâ Serratus dicitur.

DE GALEA. CAP. LXXXI.

**Q**uoniam de armis ad offensionem comparatis est dictum satis, nunc de galea & thorace, quæ ad defensionem accipiuntur, dicendum aliquid.

PRINCIPIA OCCULTA. CAP. LXXXII.

**G**alea, qua Plutonis caput in primis tegitur, significat occulta esse principia generationis. Plutonium autem Solem interpretantur, eo tempore quo per hyemem remotas à nobis mundi partes circuit : unde etiam Proserpinam rapuisse confinxere, de cujus rei significato passim habetur. Illud addam, sceptrum illi & breve & aduncum figurari, quod inferioris regni iudicium habetur.

ROMA. CAP. LXXXIII.

**R**omæ quoque caput galeatum in numis passim, & aliis veterum monumentis. Id quamvis alia de causa fieri dixerimus, nisi ut fuisse eam omnino Martiam intelligamus ?

THELESILLA. CAP. LXXXIV.

**E**t Thelesillæ Archivæ poeticis studiis claræ statuam se vidisse Pausanias affirmat, quæ una manu galeam, altera velitarem hastam teneret, libris circa pedes appositis : ob præclarum scilicet facinus, quod illa castis acie ad unum Argivis à Cleomene Spartanò, senes & pueros armatos mœnia tueri iusserit, ipsa cum valida mulierum manu hostem ad urbis direptionem incurstantem exceperit, fuderit, fugaveritque.



*Sic Græci  
πάλαιον  
vobis di-  
unt.*

PERICLES. CAP. LXXXV.

**C**ur vero Periclis statuæ casside tegerentur, si quaesierit quis, sciendum id à sculptoribus ea de causa excogitatum, ut eo remedio capitis vitium emendaretur : capite enim is fuisse traditur oblongiore, nec cæteris partibus respondente, quod deformiorem hominem red-  
debat. Constat eum ab obtrectatoribus ea de causa *ρονονικέ Φαλον* appellatum, utpote qui caput  
iunci instar acutum notarent. Quo vocabulo nonnulli decepti, *κωϊκός Φαλον* apud Plutarchum  
legi credidere, commenti etiam causam, sed ineptam & importunam, id ei nominis datum, ob a-  
gendi, sandique libertatem, quam is, ut iidem ajunt, ad impudentiam usque vendicasset.

*Pericles cur  
ρονονικέ-  
Φαλον  
appellatus. Un-  
de Statius :  
Propugnat  
pellora tho-  
rax.*

DE THORACE. CAP. LXXXVI.

**T**horax porro munimenti signum ponebatur : vitalia enim defendit universo pectore circum-  
fusis. Deque hoc Antisthenes Philosophus dicere solebat, *είνα Φάλαστρον επλον είναι τλω άρε-  
την* virtutem, quod auferrî minime posset, munimentum esse. Nam & ensis & clypeus excuti amittique  
possunt : sapientiæ arma, quæ quis accinctus fuerit, firma sunt & stabilia. In pectore autem ita  
habere sedem sapientiam, ut pro sapientia pectus ipsum aliquando ponatur, ostendit Horatius, ubi  
dicit in Epistolis,

*Non tu corpus eras sine pectore,*

Yyy 2

PUGIO.